Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1343
Quelle:
Copyright:

Et continuo: *Finis: in Cenobiolo Diue Marie Magdalenę apud Montem rubrum a Genuę Ligurię regionis Vrbe primaria distante Millibus quinquaginta. Anno Domini nostri Jesu christi 1507. Quarto Nonas Septembr.* Nec tamen finis; sequitur enim continuato Articulorum numero *Commentatio* nova in Εξαημερον vocatis in auxilium praeter antiquiores Patres *Nicolao de Lira* et *Magistro Sentent.* Item *Gratiarum Actiones Deo super opere Creationis per singulos Dies hebdomadę* latino sermone, quo magis valuisse videtur Coenobita noster, quam patrio. Scriptores ejus populares XVII. *Albingaunenses* sistit *Aug. Oldoinus* in *Athen.* suo *Ligustico p.* 573. Nulla tamen de *Bernardo* mentio, quem apud plures alios etiam incassum persecutus sum.

CODI-